

nensis, neo quippe errigendum Stabile quarterium Bellovariense, propediem transferendam disposuerit; non sine altissimi Aerarij Regij per hujusmodi translationem quantique Contributionalis, pro exolutione Militiae Confiniorum Banalium destinati, e Regno Bellovarinum, locum in finibus prope Regni constitutum, indeque denuo ad Regnum occasione exolutionis ejusdem Militiae transportationem, adeoque diurno transferentium gravandi damno, et Inclyti Regni ex benigno, occasione regulationis Confiniorum eidem concessio diplomate, Commissariatus regulationem pro tempore, quo Militia in Regno esset, sibi concreditam habentis privilegij praedictio: ad antevertendum hoc Manifestum altissimi Aerarij Regij aggravium, imo ex reflexione loci pro translatione destinati nullis maenijis aut munimentis ad securitatem provisi, immo non ita dudum per Tumultantes Confiniarios caede plurium praepositorum sibi officialium faedati, in finibus Regni situationis periculum, tum Regni praedictio, Dominus Mathias Bornemissa, Comitatus Zagrabiensis Ordinarius Vice-Comes, ad Suam Majestatem Sacratissimam cum Domino Alexandro Szechen, ejusdem Comitatus Vice-Notario, ille quidem cum florenorum 4, hic vero florenorum duorum diurno exmittendi, expensis praeterea itinerarijs in florenis 100 pro singulis resolutis, ordinantur; qui juxta instructionem, in deputatione idcirco sub praesidio Illustrissimi Domini Comitis Generalis Christophori ab Orsich (Titul.), et cum interventu Domini Reverendissimi Mathiae Petrovich, Cathedralis Ecclesiae Zagrabiensis Canonici, Generalis Cassae Perceptoris Antonij Bedekovich, Lucae Novoszel, Tabulae judicariae Regni Assessoris, Stephani item Babochay et Mathiae Juraich, praenominato Domino Alexandro Szechen Actuarium agente, ordinata, elaborata et in publico relatam approbatamque, delata sibi provincia, Credentialibus ad Suam Excellentiam Dominum Comitem Cancellarium, et comendatitij ad Cellsissimum Principem priorem Comitem Banum, nomine publico scribendis litteris muniendi, fungentur; de progressu negotij de tempore in tempus Suae Excellentiae Domino Comiti Bano relationem facturi.

Articulus Nonus.

Diploma super Cameralis Civitatis Poseganae in caetum et ordinem Liberarum et Regiarum Civitatum Cooptatione, cum privilegio Teloniali Nundinali, eidem Civitati Benigne concessio, publicantur.

Benignum Suae Sacratissimae Caesareo-Regiae et Apostolicae Majestatis Diploma de 1. Septembris Anni proxime evoluti emanatum, quo mediante Civitas Posegana, antea Cameralis, in caetum et numerum Liberarum et Regiarum Sacrae Regni Hungariae Coronae Civitatum cum omnibus illis praerogativis, juribus et imunitatibus, quibus eadem gauderent, Clementissime cooptatur, ac ad Latus ejusdem Privilegium Teloniale nundinale, Anno eodem suprascripto die vero 25. Mensis Octobris emanato, lecta et publicata sunt, nemine contradicente.

Originale in Archivo Regni Croatiae.